



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Seruus

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

mortiferum scelus est. *Bannes l.c. Val. l.c. col. 3.*
 In Parasceue, licet hostia consecrari nequeat,
 possunt tamen cadauera toto tempore passio-
 nis ad sepulchrum deferri. *Maiol. de Irreg. l.*
3. c. 24.

Impuberi filio Pater, vel, eo absente, mater
 eligit sepulturam. *Mol. d. 214. col. 13.*

Servus, vide Donatio.

1. **S**ervus captus in bello etiam iusto, potest
 fugere, etiam ab eo qui se emit à captivi-
 tate, nisi promisisset non fugere.

* *Couar. Reg. peccatum p. 2. §. 11. nu. 6. Val. t. 3. d.*
3. q. 16. p. 3. col. vlt. Bannes 2. 2. q. 40. art. 1. dub. vl.
Salon 2. 2. q. 3. art. 1. de dominio pag. 116. addens
si sine vi, & dolo, Sot. l. 4. q. 1. art. 2.

Sed *Mol. d. 37.* iusto bello captum læthaliter
 peccare fugiendo ait, tenerique se domino
 restituere pro qua sententia lege *Gl. c. Ius gen-*
tium d. 1. Syl. seruitus nu. 3. Turrecr. ibid. D. Am. 3.
p. t. 3. c. 6. §. 4. Fortun. l. manumissio. ff. de iust. &
iu. Nau. c. 17. nu. 103.

Nisi promisisset? *Sot. l. c. col. 4. Bannes l. c.*
dub. penult. Salon l. c. naturali enim iure seruan-
da fides: vnde M. Attilius Reg. à D. Aug. lau-
datus l. 1. c. 16. de ciuit. ad Carthaginenses, vt
spoponderat occidendus remeavit.

Qui se ipsos vendidera aut à parentibus
 legitimè vediti fuerit, vel seruitutis pœna iustè
 damnati, non possunt licitè fugere. *Mol. Salon*
l. c. At

l.c. At qui iniuste apud Turcas detinentur non solum possunt fugere, sed etiam iure belli possunt a Turcis surripere quaecumque potuerint, ex tacito Principum consensu, dum tamen scandalum absit. *Mol. l.c. ex Cai. 2. 2. q. 66. ar. 8.* Christianus in bello iusto captus a Christianis consuetudine, & iure non fit servus, *Mol. 33. col. 1. Garzias c. 17. Bannes dub. 12. Val. Conar. l.c.* sed potest detineri, donec redimatur. Apostatas a fide (quales sunt Saraceni Granatensi bello devicti) adultos (non autem infantes) redigi posse in servitutem, ait Bannes *l.c.* Val. vero *l.c.* filios etiam Apostatarum iugo servitutis subdici posse ait, si parentes constantiam in fide polliciti sint, sub poena servitutis filiorum.

Philippus II. Hispaniarum Rex concessit impuberibus Apostatarum filiis in Granatensi Regno, ut tanquam innocentes libertate donarentur, qui quidem poterant, secundum probabiliorem sententiam, redigi in servitutem. *Vide Mol. d. 33. & Bannes l.c.*

2. Redimens aliquem ab hostibus, accipiet pretium, vel quinquennij servitutem.

3. Potest quisque in servum ex causa vendere etiam infideli, sed cum pacto non deserendi fidem; & modo absit periculum probabile animae.

* *Vide Garziam c. 17. de contract. Navar. c. 17. n. 104. Mol. d. 33. col. 4.*

4. Ex libera natus, liber est, ex ancilla servus secundum Ius: quod quidam aiunt non servari

uari; ex libero enim patre natū, esse liberum.

* Vide Sylu. *vers. liber.*

5. Servus fit liber simul ac habetur pro delicto; ut si exponatur infans, domino sciēte, & non contradicente, aut à domino æger deferatur, aut ei negentur alimenta, aut ordinetur domino sciēte, & non contradicente, aut si dominus sit hæreticus, aut infidelis, & fugiat servus ad Ecclesiam; aut si ancillam velit dominus violare, & illa fugiat, aut si illam habuit concubinam vsq; ad mortem, cum posset ducere, & de ea nihil disposuit moriens.

* Vide Sylu. *servitus numer. 5. Ang. eod. num. 2. Mol. d. 39.*

Ordinetur } Syl. nu. 6. Fum. nu. 1. Ang. nu. 4.

Ancillam } Ang. l. c. nu. 2.

4. Servi bona ludo, aut dono, aut hereditate acquisita, non sunt domini: quod de captis in bello tradit *Sot. l. 4. de Iust. q. 1. art. 2.* idque alij extendunt etiam ad emptitios.

* Servus captus bello iusto est dominus eorum, quæ lucratur post præstita debita servitia, & quæ dono, vel hereditate acquirit, *Sot. lib. 4. q. art. 2. Vide Medinam: d. 38. & dist. 520. Lopez p. 2. c. 33. Salon q. 3. art. 1. de dominio in fine: Emptitius verò, si se, suasque operas tantum vendidit, ex donatione, & hereditate sibi acquirit, sed si se, operas, & iura vendidit, domino acquirit. Salon l. c.*

77 Libertus debet patrono egenti alimenta: & de-

& decedenti sine liberis succedit patronus ab intestato. * *Vide Syl. manumissio nu. 6.*

Simonia, vide Beneficium, Pensio, Suspensio.

1 **S**imonia est dare spirituale, aut spirituali annexum, pro re aestimabili pecunia per modum pretij; vbi autem non est obligatio civilis, seu ex contractu, non est Simonia, etiam si sit obligatio quaedam naturalis: vt cum quis dicit se intendere, vel sperare, sed non obligare, vel seruire ob beneficium, sed non velut pretium seruitutis.

* *De Simonia Barth. Vgolimus. P. à Sor. lect. vlt. de ord. P. N. l. c. 2. à nu. 383. Nauar. c. 23. à nu. 103. & multis consilijs Coronæ 3. p. pag. 70. Sor. l. 9. q. 5. artic. 1. Val. t. 3. diff. 6. q. 16. D. Tho. 2. 2. q. 100. Caiet. ibid. De simonia, que accidere potest in Religionis ingressu. Dionys. Certhus. opusculum extat.*

* *Vide Syl. Simonia numer. 2. D. Thom. l. c. art. 1. Val. l. c. p. 1.*

2 Non est Simonia, renuntiare beneficium in fauorem alterius. Nec dare aliquid ad redimendam vexationem ab iniquè impediēte vel electionem, vel possessionem. Nec accipere pro re non supernaturali; vt professione Theologiae. Nec si pro tua iam electi confirmatione te ignonate data est pecunia. Nec si quis tuo nomine, vt beneficium perderes, pecuniam dedit pro eo. Nec sacra vendere ratione.